An. et vol. XXX 14 Octobris 1938 (Ser. II, vol. V) - Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XI: Nuntius radiophonicus, p. 309 - Constitutiones Apostolicae, p. 310 - Litterae Apostolicae, p. 313 - Epistulae, p. 315.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii:* Decretum. Proscriptio librorum, p. 318 - *S. C. Consistorialis:* I. Provisio Ecclesiarum, p. 319. II. Designatio, p. 319 - *S. C. de Propaganda Fide:* I. Provisio Ecclesiae, p. 320. II. Designationes, p. 320.

Diarium Romanae Curiae: S. C. del Concilio: Avviso - Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze - Necrologio, p. 321-324.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M·DCCCC·XXXVIII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 30 — extra Italiam, *L. it.* 50 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 3,50 extra Italiam, *L. it.* 4 —

«Bis fere in mense (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXX, n. 11 – 14 Octobris 1938)

ACTA PII PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

PAG.

Mentre milioni di uomini. - A Beatissimo Patre ad omnes Ecclesiae catholicae filios et ad orbem universum datus, die XXIX Septembris anno MCMXXXVIII, in festo Dedicationis S. Michaëlis Archangeli . . 309

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. *De Wuchow.* - A Praefectura Apostolica de Wuchow septentrionalis pars seiungitur, quae in novam erigitur Praefecturam sub nomine «de Kweilin». - *9 Februarii 1938* 310

II. *De Wei-Hai-Wei.* - Missio «sui iuris» de Wei-Hai-Wei in Praefecturam Apostolicam constituitur. - *9 Februarii 1938* . 312

LITTERAE APOSTOLICAE

Capituli ecclesiae. - Iuribus ac privilegiis Basilicae minoris decoratur templum votivum S. Ioannae de Arc, in loco «Bois Chenu» intra fines dioecesis Sancti Deodati Deo dicatum. - *25 Iunii 1938* . . 313

EPISTULAE

I. *Per dilectum Filium.* - Ad Emum P. D. Iustinianum Georgium tit. Sanctorum Andreae et Gregorii ad Clivum Scauri, S. R. E. Presb. Cardinalem Serédi, Archiepiscopum Strigoniensem, ob parata sollemnia Conventus Eucharistici, XXXIV ex omnibus nationibus, Budapestini celebrandi. - *15 Maii 1938* 315

II. *Praeclarissimum cathedrale.* - Ad Emum P. D. Emmanuelem Caelestinum tit. Sancti Honuphrii in Ianiculo S. R. E. Presbyterum Cardinalem Suhard, Archiepiscopum Rhemensem, quem Legatum renuntiat ad sollemnia in cathedrali templo rhemensi recens instaurato celebranda. - *29 Iunii 1938* 316

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

Decretum. Proscriptio librorum. - *31 Augusti 1938* 318

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. Provisio Ecclesiarum 319

II. Designatio pro appellatione 319

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. Provisio Ecclesiae 320

II. Designationes pro appellatione 320

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Sacra Congregazione del Concilio: *Avviso* 321

II. Segreteria di Stato: *Nomine* e *Onorificenze* 321

III. Necrologio 324

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
ANNALI LATERANENSI. Pubblicazione del Pontificio Museo Missionario Etnologico. Vol. II, in-8°, pagg. 422	50 —	52 —	58 —

Riferisce sulle collezioni esistenti nel Museo, sugli oggetti e collezioni che sopraggiungono, sulle pubblicazioni che arrivano alla sua Biblioteca. Contiene articoli di missionari e di scienziati, recensioni di libri, una rassegna di riviste ed altri ragguagli. Gli *Annali* si occupano precipuamente delle condizioni culturali e in prima linea della cultura spirituale dei popoli delle missioni: religione, morale, società, arte, miti, leggende ed altre manifestazioni del pensiero indigeno, ecc.

INDEX LIBRORUM PROHIBITORUM Ssmi D. N. Pii Pp. XI iussu editus anno MCMXXXVIII – Cartonato	10 —	11 —	12,50
— Legato in tela	15 —	16 —	17,50

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis„
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)

An. et vol. XXX 14 Octobris 1938 (Ser. II, v. V) - Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE AD OMNES ECCLESIAE CATHOLICAE FILIOS ET AD ORBEM UNIVERSUM DATUS, DIE XXIX SEPTEMBRIS ANNO MCMXXXVIII, IN FESTO DEDICATIONIS S. MICHAËLIS ARCHANGELI.

Mentre milioni di uomini vivono ancora in ansia per l'incombente pericolo di guerra e per la minaccia di stragi e rovine senza esempio, Noi accogliamo nel Nostro cuore paterno la trepidazione di tanti Nostri figli e invitiamo Vescovi, Clero, Religiosi, fedeli ad unirsi a Noi nella più fiduciosa insistente preghiera per la conservazione della pace nella giustizia e nella carità. A questa inerme ma invincibile potenza della orazione ricorra ancora una volta il popolo fedele, affinchè quel Dio nelle cui mani sono le sorti del mondo, sostenga specialmente in questi momenti nei Governanti la fiducia nelle vie pacifiche di leali trattative e di accordi duraturi ed ispiri a tutti, pari alle ripetute parole di pace, sentimenti ed opere atte a favorirla e a fondarla sulle sicure basi del diritto e degli insegnamenti evangelici.

Indicibilmente grati per le preghiere che per Noi sono state fatte e si fanno dai fedeli di tutto il mondo cattolico, questa vita, che in grazia di tali preghiere il Signore Ci ha concesso e quasi rinnovato, Noi di tutto cuore offriamo per la salute e per la pace del mondo, o che il Signore della vita e della morte voglia toglierci l'inestimabile già lungo dono della vita o voglia invece prolungare ancor più la giornata di lavoro all'afflitto e stanco Operaio. La nostra offerta è tanto più fiduciosa di essere benignamente accolta perchè, fatta nella memoria liturgica del mite ed eroico martire San Venceslao, va incontro alla festa del Santo

Rosario, alla celebre Supplica, al mese sacro al Santo Rosario, quando in tutto il mondo cattolico si moltiplicherà, come anche vivamente raccomandiamo, il fervore e la frequenza della devozione, che già ha ottenuto così grandi e così benefici interventi della Vergine Santa nelle sorti della tribolata umanità. È colla piena fiducia che questi richiami Ci ispirano che diamo a tutta la grande famiglia cattolica ed alla famiglia umana tutta quanta la Nostra paterna Benedizione.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE WUCHOW

A PRAEFECTURA APOSTOLICA DE WUCHOW SEPTENTRIONALIS PARS SEIUNGITUR, QUAE IN NOVAM ERIGITUR PRAEFECTURAM SUB NOMINE « DE KWEILIN ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo Christi verbi praecones inter infideles gentes munus sibi creditum facilius ac salubrius exercere valeant, valde procul dubio prodest Missiones nimis amplas dividere et novas exinde, si rerum et locorum adiuncta id exigere videantur, Missiones constituere. Cum itaque Moderator Generalis Missionariorum de Maryknoll, quibus Praefectura Apostolica de Wuchow concredita est, supplices huic Apostolicae Sedi porrexerit preces, ut tum propter illius Missionis territorii amplitudinem, tum maxime propter ingentem indigenarum numerum, Evangelii lucem ardenter cupientium, qui ingenii indole aliisque ethnographicis rationibus a ceteris finitimis incolis plurimum differant, a Praefecturae illius territorio pars septentrionalis distraheretur et altera exinde erigeretur Missio suae ipsius Missionariorum Societati concredenda, Nos, attenta venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope, Delegati Apostolici in Sinis commendatione, oblatis Nobis precibus, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, annuendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu,

Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab Apostolica quam supra memoravimus Praefectura de Wuchow illam territorii partem separamus, civiles complectentem subpraefecturas de *Kweilin, Chuanchow, Kuanyang, Hsingugan, Lungsheng, Lingchuan, Yining, Peshou* sive *Kuhwa, Yungfu, Yangso, Lipo, Pinglo, Kungcheng, Fuchuan, Chungshan, Hohsien,* in civili provincia de *Kwangsi,* atque territorium ita avulsum in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam a principe eiusdem regionis urbe *de Kweilin* nuncupandam, illamque apostolicis praefatae Societatis de Maryknoll pro Missionibus exteris, cuius sodales tam sollerter in regione illa hucusque adlaboraverunt, curis, ad Nostrum tamen et S. Sedis beneplacitum, committimus. Huic autem Praefecturae eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die nona mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

† Dominicus Spolverini, Arch. tit. Larissen., *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LIX, n. 6. - Al. Trussardi.

II

DE WEI-HAI-WEI

MISSIO « SUI IURIS » DE WEI-HAI-WEI IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Merito ad maiorem dignitatis gradum quaevis provehitur enascens inter infideles ecclesia, in qua catholica res non mediocre incrementum fecerit. Quum itaque in Missione *sui iuris* de Wei-Hai-Wei in Sinis, die duodevicesima Iunii mensis, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo canonice erecta et apostolicis Ordinis Fratrum Minorum curis concredita, pusillus christianorum grex, in fide magis in dies firmior, plurimum creverit, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, meritae laudis Missionariis Franciscanis inibi ardenti constantique studio adlaborantibus testimonium dare volentes, simulque exoptantes ut animus iisdem addatur ad novos exantlandos labores maioresque in dies fructus percipiendos, Missionem illam, re mature perpensa, ad maiorem gradum extollere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Missionem sui iuris de Wei-Hai-Wei in Praefecturam Apostolicam evehimus, erigimus et constituimus, eodem servato nomine, eamque praefato Fratrum Minorum Ordini, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Huic autem novae Praefecturae eiusque pro tempore Antistitibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ita disposita et constituta, rata ac valida esse et fore volumus ac iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce iisdem Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae in-

fringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo octavo, die nona mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LIX, n. 4. - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

IURIBUS AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR TEMPLUM VOTIVUM S. IOANNAE DE ARC, IN LOCO « BOIS CHENU » INTRA FINES DIOECESIS SANCTI DEODATI DEO DICATUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Capituli ecclesiae cathedralis sancti Deodati nomine ac suo, votis etiam cleri populique e Gallia universa obsecundans, humilibus enixisque precibus Nos rogat hodiernus Sancti Deodati episcopus, ut titulo privilegiisque Basilicae minoris templum votivum ad honorem sanctae Ioannae de Arc Deo dicatum in loco quem « Bois Chenu » nuncupant, intra fines dioecesis suae, decorare velimus. Sacra enim Aedes eadem loco antiquioris sacelli, quod, uti fertur, ubi sancta Ioanna de Arc suam accepit missionem exstabat quodque labentibus saeculis ob temporum hominumque iniurias destructum fuerat, denuo a fundamentis ampliori forma ac splendida erecta est atque anno reparatae salutis millesimo nongentesimo vigesimo sexto, duobus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, pluribusque archiepiscopis atque episcopis ingentique presbyterorum ac peregrinorum multitudine adstantibus dedicata et consecrata est. Ad novum ipsum Sanctuarium, quod, septem altaribus praeditum, amplitudine et mirabili structura renidet, operibus artis insignibus est exornatum, christifideles totius Galliae ex omni ordine coetuque pere-

grinationibus frequentibus ac stipatis confluunt, sanctam Ioannam, qua nationis Patronam eiusdemque exercituum tutricem, pie devoteque veneraturi. Clerus quidem votivo huic templo addictus, e Societatis Iesu et Mariae sacerdotibus, vulgo Eudistis, constitutus, quam maxime curat ut hic a christifidelibus debiti divini cultus actiones peragantur, atque ad eumdem hunc finem Archiconfraternitatem quoque canonice constituit sub titulo Beatae Mariae Dominae exercituum pro supplicatione cotidiana, etiam per sancti Missae Sacrificii celebrationem, ad favorem militum, qui adhuc onere militari astringantur vel pro patria mortui sint. Quapropter praefati episcopi Sancti Deodati eiusque cathedralis canonicorum precibus, audito etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ultro Nos libenterque concedere censemus. Nostra itaque auctoritate perpetuumque in modum, praesentium Litterarum tenore, memoratum templum votivum in honorem sanctae Ioannae Arcensis Deo dicatum in loco *Bois Chenu*, apud *Domremy*, vulgo nuncupato, intra fines dioecesis Sancti Deodati, titulo ac dignitate *Basilicae minoris* augemus, illique iura ac privilegia concedimus quae rite competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere ac fore; suosque effectus sortiri et obtinere; illique, ad quod spectat, sanctuario votivo nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXV m. Iunii, an. MCMXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EM̃UM P. D. IUSTINIANUM GEORGIUM TIT. SANCTORUM ANDREAE ET GREGORII AD CLIVUM SCAURI, S. R. E. PRESB. CARDINALEM SERÉDI, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, OB PARATA SOLLEMNIA CONVENTUS EUCHARISTICI, XXXIV EX OMNIBUS NATIONIBUS, BUDAPESTINI CELEBRANDI.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Per dilectum Filium Nostrum Eugenium S. R. E. Card. Pacelli, quem Nostrum *a Latere* Legatum mittimus, ut hac dignitate auctus Eucharistico ex omnibus Nationibus Conventui, apud vos celebrando, praesideat, has tibi litteras damus, quibus volumus tibi tuisque gratulari vehementer ob apparatos apud vos diligentia summa studioque actuosissimo Iesu Christo universorum Regi triumphos. Id siquidem ut faustissimo vobis auspicio est, ita non mediocre Nobis solacium affert. Si enim non desunt, quod profecto accidit, in tanta temporum animorumque perturbatione, aegritudinis anxitudinisque causae, at opportune invectus mos id genus Congressionum, quae identidem apud diversas gentes per statos dies habitae, christianam fidem, spem, caritatemque enutriunt, ac fidelium pietatem virtutemque excitant, bene de populorum salute sperare iubet. Undenam scilicet laboranti humano generi malorum sanatio petenda est, nisi a Christo Iesu, qui viam se, veritatem ac vitam profitetur? Dum igitur non pauci ab eo, proh dolor, aberrant, qui unus « verba vitae aeternae habet » (cfr. Ioan. VI, 69), atque adeo in interitum miserrime rapiuntur, ad Divinum est Redemptorem remigrandum, debitus eidem redintegrandus honor, ac casta excitanda flamma caritatis; dum passim caelestia fastidiunt homines, terrenis rebus deleniti, ad Augustum Altaris Sacramentum compellantur, quod supernam vitam alit, ac reapse nobis est « frumentum electorum et vinum germinans virgines » (Zac. IX, 17); dumque nimium multi pollicitationibus falsi hac in mortali vita assequendi beatitatem, nihil aliud discupiunt, nisi divitiarum deliciis ac voluptatum illecebris se dedere totos, ad evangelica est Iesu Christi praecepta redeundum, quae ad arctissimum virtutis iter nos trahunt, ac spirituales suavitates pollicentur perpetuo mansuras. Id profecto efficiet, quemadmodum fore confidimus, Congressus vester, cui Nos quidem exoptatos salutiferos exitus

a Deo ex animo precamur. Ac non modo Christus, sub Eucharisticis velis latens, praeeunte in exemplum Hungarorum gente, per vias, per compita in sacrisque aedibus celeberrimae urbis Nationis vestrae capitis, sollemnem aget triumphum, sed in omnium etiam animis, eos ad virtutis christianaeque sanctitatis nitorem invitans atque alliciens.

Quae ut, aspirante Deo, ac S. Rege Apostolico auspice deprecatore, feliciter effecta dentur, caelestium conciliatricem gratiarum paternaeque benevolentiae testem, cum tibi, Dilecte Fili Noster, tum iis omnibus, qui sacris coetibus intererunt, iisque nominatim, qui sollertem tibi hac in re navarunt operam, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die XV mensis Maii, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

II

AD EM̃UM P. D. EMMANUELEM CAELESTINUM TIT. SANCTI HONUPHRII IN IANICULO S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM SUHARD, ARCHIEPISCOPUM RHEMENSEM, QUEM LEGATUM RENUNTIAT AD SOLLEMNIA IN CATHEDRALI TEMPLO RHEMENSI RECENS INSTAURATO CELEBRANDA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeclarissimum cathedrale templum Rhemense, quod christianae gentis Gallicae insignem pietatem ceterasque virtutes mirifice refert, artisque concentibus Summo rerum Conditori amplissimas laudes resonat, post infandas belli ruinas exquisito ingentique viginti annorum opere instauratum, novoque quodam splendore exornatum, haud ita pridem est sollemniter consecratum auspicatumque. Nunc autem allatum est Nobis, alia istic apparari sollemnia, quibus generosi Galliarum fideles fratresque exterarum quoque nationum invitantur ad summas gratias tribuendas providentissimo Deo, qui tantae dedit argumentum laetitiae, itemque ad eiusdem opem exorandam, ut salutiferae pacis utilitates omnisque iustitiae fructus laborantibus nutantibusque populis benignissime caelitus tradantur. Quoniam vero, ut libenter Ipsi accepimus, proximis sollemnibus haud pauci intererunt Ecclesiae Cardinales sacrorumque cum suis fidelibus Antistites, Nos imprimis celebrationi isti praesentes

quodammodo adesse exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui, nobilissimae isti Metropolitanae Sedi praepositus, magnificentia purpurae Romanae ac Romana fide virtuteque praefulges, Legatum Nostrum deligimus atque constituimus, ut Nostram gerens personam sacris ritibus ac caeremoniis, quae in cathedrali templo Rhemensi proxime peragentur, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Tibi ultro facultatem damus, ut, constituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum adstanti populo nomine Nostro benedicas, plenam eidem commissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Denique ex animo tibi tuisque ominantes, ut pia incepta ad secundum prosperumque exitum adducantur, in salutarium fructuum auspicium, inque Nostrae praecipuae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, tuis in Cardinalatu vel Episcopatu Fratribus, Magistratibus civilibus ceterisque omnibus, qui sollemnibus Rhemensibus intererunt amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die XXIX mensis Iunii, in festo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRORUM

Feria IV, die 13 Iulii 1938

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in *Indicem* librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros, qui sequuntur, ab Aloysia Piccareta conscriptos et aliorum cura variis in locis pluries editos:

1. *L'Orologio della Passione di Nostro Signor Gesù Cristo, con un Trattato sulla Divina Volontà;*
2. *Nel Regno della Divina Volontà;*
3. *La Regina del Cielo nel Regno della Divina Volontà.*

Et sequenti Feria V, die 14 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 31 Augusti 1938.

R. Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii* **Notarius.**

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 24 Augusti 1938. — Cathedrali Ecclesiae Concordiensi in America praefecit R. D. Franciscum Thill, Cobicularium Secretum supra numerum, Cancellarium Curiae archidioecesis Cincinnatensis.

die 12 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Comaclensi Revmum D. Paulum Babini, Canonicum Theologum Capituli cathedralis Faventini.

die 14 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Adiacensi R. D. Ioannem Baptistam Llosa, archipresbyterum parochum S. Mariae in urbe Tolonensi.

— Cathedrali Ecclesiae Tarantasiensi R. D. Leonem Terrier, archipresbyterum parochum in oppido « Clauses ».

die 1 Octobris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Melitenaeae Exc. P. D. Hectorem Fronzi, hactenus Archiepiscopum Camerinensem.

die 7 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tiniensi Exc. P. D. Aloisium Guizar, hactenus Episcopum Campecorensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iesu M. Echavarria, Episcopi Saltillensis.

die 8 Octobris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Samosatensi Exc. P. D. Franciscum D'Errico, hactenus Episcopum Algarensem.

II

DESIGNATIO PRO APPELLATIONE

Ad normam Canonis 1594 § 2 *Codicis Iuris Canonici,* Archiepiscopus Ludovicopolitanus designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Cincinnatensis.

Quam designationem S. Congregatio Consistorialis die 8 Septembris 1938 adprobavit.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, die 18 mensis Augusti anno 1938 dato, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Papa XI titulari archiepiscopali Ecclesiae Philippensi praefecit R. D. Leonem Ioannem Baptistam Nigris, deputatum Delegatum Apostolicum in Albania.

II

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Ad normam canonis 1594 § 2 Codicis iuris canonici pro appellatione Vicarius Apostolicus Sueciae designavit Tribunal Vicariatus Apostolici Daniae. Quam designationem Ssmus approbavit in Audientia diei 5 mensis Maii a. 1938.

Item Vicarius Apostolicus de Lulua et Katanga designavit ad eundem effectum Tribunal Vicariatus Apostolici de Kassai superiore, approbante Ssmo in Audientia diei 21 mensis Maii a. 1938.

Similiter Praefectus Apostolicus de Kwoshu atque Praefectus Apostolicus de Zenshu designaverunt Tribunal Vicariatus Apostolici de Taikou: quas designationes Ssmus ratas habuit in Audientia diei 24 mensis Maii a. 1938.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione degli Ecclesiastici allo Studio della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica, amministrativa e catechistica, si ricevono nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione del Concilio dal 15 ottobre al 30 novembre.

Roma, 6 ottobre 1938.

G. Bruno, *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

14 luglio 1938. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Protettore dell'Istituto delle Figlie Povere di S. Giuseppe Calasanzio* (Firenze).

18 agosto » S. E. Revma Monsig. Leone Giovanni Battista Nigris, Arcivescovo tit. di Filippi, *Delegato Apostolico in Albania.*

1 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore della Congregazione delle Sorelle dei Poveri di S. Caterina da Siena* (Roma).

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti.*

Assistente al Soglio Pontificio:

4 settembre 1938. S. E. Revma Monsig. Antonio Torrini, Arcivescovo di Lucca.

Prelati Domestici di Sua Santità:

4 luglio 1938. Monsig. Massimiliano Giuseppe Walz, della diocesi di Toledo in America.

4 luglio 1938. Monsig. Guglielmo Gaspare Zierolf, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Luigi Legowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Francesco Murphy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giorgio Enrico Lang, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo S. Arnoldi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Higginbotham, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Spalding Elder, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ruperto Carlo Goebel, della medesima diocesi.
26 luglio » Monsig. Stanislao Pardo, della diocesi di Łomża.
15 agosto » Monsig. Giuseppe Meyer, della diocesi di Basilea e Lugano.
17 » » Monsig. Giovanni Olimpio dos Santos, dell'archidiocesi di Olinda e Recife.
25 » » Monsig. Gioacchino Nabuco, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca, dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 maggio 1938. Al sig. Samuele Haltenberger, della diocesi di Alba Reale.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 agosto 1938. Al sig. Giovanni Fenaroli, della diocesi di Bergamo.
5 settembre » Al sig. Leopoldo Foncoux (Belgio).
19 » » Al sig. Edmondo Lionello Lynch, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
22 » » Al sig. Giuseppe Groppo, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 aprile 1938. Al sig. Stanislao d'Herbemont (Francia).
» » » Al sig. Raimondo Gilbert (Francia).
» » » Al sig. Giorgio Desnain (Francia).
10 maggio » Al sig. Stefano Szabò, della diocesi di Sabaria.
» » » Al sig. Árpád Vidos, della medesima diocesi.
29 agosto » Al sig. dott. ing. Achille Petrignani (Roma).
2 settembre » Al sig. Enrico Hoeben, della diocesi di Breda.
5 » » Al sig. Giuseppe Spadola, della diocesi di Noto.

5 settembre 1938. Al sig. Giovanni Kregersman (Belgio).
» » » Al sig. Carlo Decerf (Belgio).
9 » » Al sig. prof. Antigono Donati, della diocesi di Castellammare di Stabia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

30 aprile 1938. Al sig. colonnello Paolo Chaudesolle (Francia).
» » » Al sig. tenente colonnello Alfredo Bridie (Francia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

19 settembre 1938. Al sig. ufficiale medico dott. Dudley Hope Giuseppe Nicholas, dell'archidiocesi di Madras.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 aprile 1938. Al sig. dott. Giorgio Dentu (Francia).
» » » Al sig. Enrico Dulignier (Francia).
» » » Al sig. Alessandro Biscarre (Francia).
» » » Al sig. Renato Gillouin (Francia).
» » » Al sig. Armando Massard (Francia).
13 giugno » Al sig. Salvatore Romano, dell'archidiocesi di Napoli.
1 agosto » Al sig. prof. Francesco Mastrojanni, della diocesi di Nicosia.
3 » » Al sig. dott. Antonio Folchitto (Roma).
13 » » Al sig. Guido Gherardi, della diocesi suburbicaria di Albano.
» » » Al sig. dott. ing. Giuseppe Guerra-Baldelli, della diocesi di Nocera e Gualdo.
29 » » Al sig. Luigi Marziali, dell'archidiocesi di Milano.
3 settembre » Al sig. Federico Nobili, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Francesco Gogna, della medesima archidiocesi.
5 » » Al sig. cav. avv. Arrigo Portaccio, della diocesi di Lecce.
11 » » Al sig. Pasquale Afeltra, della diocesi di Castellammare di Stabia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 aprile 1938. Al sig. Daniele Márquez López, della diocesi di Lipa.
30 » » Al sig. Eugenio Porchez (Francia).
» » » Al sig. Emilio Boulay (Francia).
» » » Al sig. Luciano Léjard (Francia).
5 settembre » Al sig. Tommaso Gismondi, della diocesi di Nepi.
» » » Al sig. Leone Colette (Belgio).
10 » » Al sig. Vincenzo Margiaria, della diocesi di Alba.
» » » Al sig. Rinaldo Cabella, dell'archidiocesi di Milano.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

27 agosto 1937. Monsig. Agostino Ruebsam, della diocesi di Fulda.
21 aprile 1938. Monsig. Giuliano Piskorz, della diocesi di Tarnovia.
5 maggio » Monsig. Carlo Pekala, della medesima diocesi.
19 » » Monsig. Ludovico Mezgár, della diocesi di Alba Reale.
» » » Monsig. Giovanni Bergendy, della medesima diocesi.
4 agosto » Monsig. Francesco Teixeira Salgado, della diocesi di Juiz de Fora.
18 » » Monsig. Pietro Montanari, della diocesi di Terni.
» » » Monsig. Umberto Chiesa, della diocesi di Narni.
» » » Monsig. Alfonso Nacucchi, della diocesi di Gravina.
» » » Monsig. Giuliano Teodoro Lagerweij, della diocesi di Haarlem.
8 settembre » Monsig. Vittorio Ugo Righi, della diocesi di Nocera Umbra.
29 » » Monsig. Emilio de Moura Ferreira dos Santos, della diocesi di Bomfim.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

9 settembre 1937. Monsig. Giovanni Guglielmo Thelen, dell'archidiocesi di Colonia.
11 novembre » Monsig. Matteo Lang, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
23 dicembre » Monsig. Tommaso Heinz, dell'archidiocesi di Colonia.
6 gennaio 1938. Monsig. Alfonso Giesen, della medesima archidiocesi.
3 febbraio » Monsig. Francesco Timmers, della medesima archidiocesi.
7 luglio » Monsig. Francesco Apollonio Jorge Salles, dell'archidiocesi di Olinda e Recife.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

1 settembre 1938. Monsig. Pietro Farina, della diocesi di Imola.

NECROLOGIO

23 settembre 1938. Monsig. Tommaso Henshaw, Vescovo di Salford.
30 » » Monsig. Adalberto Stanislao Owczarek, Vescovo tit. di Ascalone.

S. C. DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO SERVANDA

A TRIBUNALIBUS DIOECESANIS IN PERTRACTANDIS CAUSIS

DE NULLITATE MATRIMONIORUM

edita die 15 augusti 1936, cum adnexis appendicibus quorundam documentorum necnon adiectis indice analytico-alphabetico tabulisque comparativis. In-8°, pp. 96.

Romae, L. 7 — In Italia, L. 8 — Apud exteros, L. 9 —

DECRETUM - Normae, Tit. I-XVI - Memorandum - Appendix I-III - Index analytico-alphabeticus - Canones Codicis I. C. cum articulis Instructionis collati - Decisiones Commissionis Pontificiae ad Codicis Canones authentice interpretandos in articulis instructionis relatae - Responsio S. C. S. Officii in articulis instructionis relata.

P. AGATHANGELUS A LANGASCO
ORD. MIN. CAPUCCINORUM

DE INSTITUTIONE CLERICORUM
IN DISCIPLINIS INFERIORIBUS
(Legislatio canonica)

Typis polyglottis vaticanis — in-8° - pp. XVI-292 — INDEX: Praeliminaria, pars I, Praeformatio iuris vigentis; pars II, Ius Codicis; pars III, Ius comparatum — Appendices (Specimina programmatum et prospectus organizationis scholasticae Ecclesiae et praecipuarum Civitatum).

Romae L. 25 — In Italia L. 26,50 Apud exteros L. 30

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
REGULAE SERVANDAE **in processibus super matrimonio rato et non consummato,** cum appendice praecipuorum actorum formularum, quae utiliter et opportune adhibentur in his causis. — Editio altera aucta — In-12°.	3 —	3,50	4 —
ENCHIRIDION CLERICORUM **Documenta Ecclesiae Sacrorum Alumnis instituendis** (Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus). Typis Polygl. Vaticanis, 1938. In-12°, pagg. LVIII-920. Elegante legatura in tela, titolo in oro e testa colorata	80 —	80 —	87 —
PROGETTI **di nuovo ordinamento giudiziario e di Codice di Procedura Civile dello Stato della Città del Vaticano (luglio 1937).** Pagg. XLVII-288. In-12°	15 —	16 —	17 —
WILPERT GIUSEPPE, **La Fede della Chiesa nascente secondo i monumenti dell'arte funeraria antica.** In-8°, VIII-328, con 156 figure nel testo (Pubblicazioni del Pont. Istituto di Archeologia Cristiana. Collezione «Amici delle Catacombe»)	35 —	36,50	40 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis„
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722*)

Di prossima pubblicazione:

MASSIMO CARD. MASSIMI

LA NOSTRA FEDE

LE BASI E LA SINTESI DEL DOMMA CATTOLICO - in-12°

QUINTA EDIZIONE

Prezzo L. 9,50

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
MASSIMI Card. MASSIMO **LA NOSTRA LEGGE. Le basi e la sintesi della morale cattolica.** In-12°, pp. 320	9,50	10,50	12 —
Esposizione breve e chiara della dottrina cattolica per le persone colte.			
CODICIS IURIS CANONICI FONTES cura et studio Emi Iustiniani Card. Serédi editi. Volumen VIII. *Curia Romana* n. 5823-6464. In-8°, pp. XX-620	65 —	68 —	72 —
SACRAE ROMANAE ROTAE DECISIONES seu sententiae quae prodierunt **anno 1930,** cura eiusdem Sacri Tribunalis editae. Volumen XXII. In-8°, pagg. VIII-730	50 —	53 —	60 —
ORDO DIVINI OFFICII recitandi sacrique peragendi pro **Clero Saeculari Romano,** anno Domini **1939**	3,50	3,90	4,50
ORDO DIVINI OFFICII recitandi sacrique peragendi iuxta kalendarium **Universalis ecclesiae** pro anno Domini **1939**	2,50	2,80	3,25
LA PRATICA DELL'UMILTÀ - Opuscolo già pubblicato per cura dell'Emo Card. Pecci, Vescovo di Perugia indi Sommo Pontefice Leone XIII. 11ª edizione, 1939. In-32°, pp. 122, in rosso e nero	2,50	2,75	3 —
SPECULUM INCLUSORUM - Auctore Anonymo Anglico saeculi XIV, Studio e testo a cura di P. LIVARIO OLIGER O. F. M. 1938. In-8°, pp. XII-150 e 3 tavole	15 —	16 —	18 —
MARIANI CARD. DOMENICO. **LEZIONI CATECHISTICHE.** Tre volumi in-12°	20 —	22,50	30 —
VOL. I. - Spiegazione del Simbolo, pp. XVI-544.			
VOL. II. - Spiegazione dell'Orazione, del Decalogo, dei Precetti della Chiesa, delle Virtù e dei Vizi e delle Beatitudini, pp. IV-462.			
VOL. III. - Spiegazione della Grazia e dei Sacramenti, pp. IV-474.			
RELAZIONE sull'insegnamento della Religione nelle Scuole Primarie. Foglio di cm. 50×35. Frontispizio; Prospetto-relazione; Norme per l'ispezione dell'insegnamento religioso nelle Scuole Primarie	0,50	0,50	—
Copie 50	22 —	22 —	—
Copie 100	40 —	40 —	—
GUIDA di insegnamento religioso per le scuole elementari, secondo i vari punti del Programma ministeriale, a cura della Commissione superiore ecclesiastica per la revisione dei testi di insegnamento religioso, pp. 32	0,50	0,70	—

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "**Acta Apostolicae Sedis**"

(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722*)